XLVIII. I. DE PUBLICIS JUDICIIS.

D PUblica judicia ſunt certa judicia publicorum judiciorum
Lege introducta, ad punienda illa delicta ſive crimina,
† quibus reſpubl. maximè læditur. *pr.* §. 1. *I. h. L.* 1. *h.* Capitalia
ſunt, quæ ſequitur pœna capitalis (ſc. qua tollitur vita natu-
ralis vel civilis; 63. § *f. pro ſoc.* Non-capitalia ſunt, quibus im-
ponitur alia pœna, e.g. relegatio, incarceratio, fuſtigatio, etiam
pœna pecuniaria. 2. *h.* §. 2. *I.* Conſtituta ſunt ſpeciali Le-
gis publicæ notatione, 1. *h.* 3. §. *f. depravar. v. L.* 2. §. 16. 23.
de O. J. quas primum collegit Corn. Sylla; dd. accuratius ex-
hibuit Jul. Cæſar: 2. §. 32. *de O.* J. *arg.* 12. §. 2. *de accuſ. L.* 32. *de*
S *pœn. v. Vult. de Judic. p* 41. De ſubjecto actum eſt *ad tit. de
juriſdict. & ad tit. de judiciis.* de ſubjecto paſſivo agetur *in ſeqq.*
Ipſa delicta recenſentur *in L.* 1. Modus procedendi olim
erat ſingularis; 8. *h.* hodiè eſt vel * *INQUISITORIUS*, A
D quando judex ex officio ſummariter inquirit in delictum, &
ejus autorem, & delinquenti pœnam promeritam imponit;
hic libellus non eſt neceſſarius, nec litis conteſtatio: *Carpz.* 3.
q. 103. *n.* 10. 18. hic procedendi modus etiam J. Can. & civil.
obſervatur: *c.* 17. 24. *de accuſ. N.* 128. *c. jubemus. L.* 13. *de offic.
præſid. L.* 1. *de cuſtod. reorum.* 7. *C. de accuſ. Cz.* 3. *q.* 103. *n* 42.
actoris vices hic obtinet publica fama, & reipubl. ſalus vide-
tur judicem implorare. *Cz. d. l. art.* 214. & 219. adeò, ut judex
inquirere teneatur, bey Verluſt ſeiner Gericht: *Cz. q.* 103. *n.* 57.
D hic proceſſus eſt vel * generalis [*Diſſ. Bach. ad W. ad tit. de ac- B
cuſ. n.* 3.] *v. Hahn ibidem.* quo judex ex officio in genere inqui-
rit in ipſum delictum, & ejus auctorem, an ſc. & à quo delictum
ſit commiſſum: hoc facere poteſt etiam inferior judex. *vid.*
D *Cz.* 3. *q.* 107. *n.* 9. * ſpecialis, quando judex procedit con- b.
tra certam aliquam perſonam, in generali inquiſitione indiciis
gravatam, ad pœnam determinandam. *v. Cz.* 3. *q.* 107.
D * *ORDINARIUS*, a.
quando judex procedit per viam accuſationis: hic obſervan-
tur omnia in proceſſu ordinario ſolita, ut libellus, litis conte-
ſtatio, probatio, condemnatio, &c. Damnatus fit infamis.
5. 7. *h.*

XLVIII. 2. DE ACCUSATIONIBUS ET INSCRIPTIONIBUS.

D ACcuſatio eſt criminis ad judicem delatio, vindictæ publicæ
cauſâ facta. 16. 19. 20. *C. de his, qui accuſ.*
S Accuſant omnes, 8. *Cz.* 3. *q.* 104. *n.* 22. (Volentes, *L. un. C.
ut nemo invitus. art.* 214. *ferè in f.* eò tamen non exiſtente,
judex neceſſariò inquirit: *v. præced. tit.* pluribus concurren-
tibus, quorum * æque intereſt, omnes unô libellô reum accu- A
ſant: 4. *C. h. Cz.* 3. *q.* 104. *n.* 46.
* non æquè intereſt, judex habitâ circumſtan- a.
tiarum ratione unum eligit, 16. *h. Cz. d. l. n.* 49. qui verò ac-
cuſatione inſtitutâ ſuperveniunt, repelluntur, 11. §. 2. *ff.* 9. *C.*
niſi deſerta fuerit prioris accuſatio, aut aliô modô impedita, ne
promoveri potuerit: 11. §. 2. accuſatore mortuo &c, alius agit
intra